

ATTI SINGOLARI

PRELATURA DELL'OPUS DEI, Decreto di nomina di Vicario Ausiliare, 9 dicembre 2014.

Nos Dr. D. XAVERIUS ECHEVARRIA
Dei et Apostolicæ Sedis gratia
Prælatus

DECRETUM

EXTENSIO navitatis apostolicæ Operis Dei, augmentum circumscriptionum regionalium, centrorum et inceptorum quibus Prælatura assistentiam pastoralem præstat, secum tulit incrementum non parvum laboris regiminis directe ad Prælatum spectantis.

Quibus omnibus perpensis et consideratione quoque habita meæ ætatis, decisi procedere ad nominationem Vicarii auxiliaris, cuius officium expresse prævidetur in n. 134 §§ 1 et 3 necnon n. 135 Codicis iuris particularis Operis Dei, promulgati a Sancto Ioanne Paulo II per Const. Ap. Ut sit, die 28 mense novembri 1982 («AAS» 75 [1983] 423-425).

Quapropter, audito meo Consilio,

Nomino

Rev.mum D.num Ferdinandum Ocáriz Braña Vicarium auxiliarem, cum omni potestate executiva ad regimen Prælaturæ necessaria, inclusis competentis Prælati specialiter reservatis, his solummodo exceptis quæ exercitium ordinis episcopalis requirunt.

Datum Romæ, ex Ædibus Curie Prælatitiæ, die 9 mense decembri anno 2014.

+ Xaverius Echevarría
Praelatus Operis Dei

Rev.mus D. Dr. Ernestus Burkhart
Curie Prælatitiæ Cancellarius
Reg. Gen. R. lib. VI pag. 56